

Psalmus

sunt: sed etiā vi sunt servi tui: id est obediens iussis tuis. **I**p̄sius em̄ sum⁹ figmentū: nō solū in Adam: sed etiā creati in christo Iesu: in operibus bonis que preparauit de⁹ re in illis ambulem⁹. Deus est em̄ qui opatur in nobis: et velle et perficere p̄ bona voluntate. **E**t dirige filios eorum. Ut sint recti corde quib⁹ bonus est deus. Bonus est em̄ de⁹ israel: sed rectis corde: nō si cut ille cui cōmoti sunt pedes: quia pacem peccatorū intuenti: displicere ceperat de⁹: quasi ista nesciēs: quasi ista nō curās: et ab humani generis gubernatōe dissimulans.

¶ Et sic splēdor dñi dei nostri sup nos: **T**hi dicit: Signatū ē sup nos lumen vultus tui dñe. **E**t opa manū nostrarū dirige sup nos: Ut nō ea pro rerum terrenarū mercede faciam⁹. Tunc em̄ nō directa sed curua sunt. **H**ucusq; psalmū istū multi codices habēt: sed in nōnullis legitur aliis vltim⁹ versus: **E**t opus manū nostrarū dirige. **L**ui versui diligentes et docti p̄notāt stellā: quos astericos vocant: quibus significant ea que in hebreo vel alijs interptibus grecis reperiunt: in septuaginta vero interptatione nō sunt. Quē versum si velimus exponere: id mibi videt habere sentētē: q̄ omnia bona opera nostra: vnu opus est caritatis. **A**lēnitudo eius legis est caritas. **N**az supiore versu cū dixisset: **E**t opera manū nostrarū dirige sup nos: isto vltimo nō opera sed opus dixit manū nostrarū dirige: tanq; vltimo versu volēs ostēdere ipsa opa vnu op⁹ esse: id ē ad vnu opus dirigi. **T**unc em̄ recta sunt opa: cū ad hunc vnu finem diriguntur. Finis em̄ p̄cepti caritas ē de corde puro: et conscientia bona: et fide non ficta. **O**pus q̄ vnu est in quo sunt omnia: fides que p̄ dilectionē operat: vnde etiā domin⁹ in euāgeliō dicit: Hoc est opus dei ut credatis in eū quē ille misit. Cum ergo in ipso psalmo: et vita vetus: et vita noua: et vita mortalī: et vita vitalis: et anni qui p̄ mīlio habētur: et dies habētes plenitudinē misericordie vrecoz leticie: id est et penā primi hominis: et regnū secū di: satis aperteoz distincta sint: Ad hoc em̄ existimo hois dei Moysi nomē titulo eius inscriptuz: vt eis qui pie recteoz scrutant̄ scripturas: eo mō intimaretur etiā lex dei q̄ p̄ Moysen ministrata est: vbi p̄ bonis operib⁹ sola vel pene sola p̄mia terrenorū honorū deus polliceri videtur: sine dubio habere s̄b velamē-

XC

to tale aliquid quale iste psalmus ostēdit. **H**ed cum quisq; trāsierit ad christū: auferetur velamen: et reuelabuntur oculi eius ut cōsideret mirabilia de lege dei: donāte illo cui dicimus: **R**euela oculos meos: et cōsiderabo mirabilia de lege tua.

Explīcīt Tract. de ps. LXXXIX.

Incipit Tract. de ps. XC.

Germō p̄mis: de p̄mia parte psalmi.

Pstrū Iesū christū diabol⁹ tēptare ausus est. **A**udiamus q̄ vt possimus instructi resistere tēptatori: nō p̄sumētes in nobis: sed in ipso q̄ prior tēptatus ē: ne nos in tēptatione vinceremur. **I**lli em̄ tēptatio nō erat necessaria. **T**ēptatio christi: nostra doctrina est. **S**i autē attendam⁹ qđ respōderit diabolo: vt b̄ et nos respōdeamus q̄ simuliter tēptat: intrem⁹ p̄ ianuā: sicut audistis lectionē euāngelij. **Q**uid est em̄ intrare p̄ ianuā: **I**ntrare p̄ christū. **I**pse em̄ dixit: Ego sum ianua. **Q**uid autē intrare p̄ christū: **I**mitari vias christi. **I**n q̄ imitaturi sumus vias christi: **N**ūqd in ea magnificētia in q̄ de⁹ erat in carne: **A**ut ad hoc nos exhortat: aut hoc a nobis exigit: vt talia miracula qualia fecit ip̄e faciam⁹: **A**ut vo dñs noster Iesū christus: nōne et mō et sp̄ cū p̄rē totū mūdum gubernat: **E**t nunqđ vel ad hoc vocat hominē faciēs eū imitatore suū: vt cū illo gubernet celū et terrā: et oia que in eis sūt: **A**ut vt sit et ip̄e creator: p̄ quē sient oia: sicut p̄ christum facta sūt oia: **N**e q̄ ad ista opa te inuitat de⁹ saluator dñs noster Iesū christ⁹ que fecit ab initio: de quib⁹ scriptū ē: **O**ia p̄ ip̄m facta sūt: **N**e q̄ ad illa q̄ feci terra: nō b̄ tibi dīc: **N**ō eris discipul⁹ me⁹ nisi abulaueris sup mare: aut nisi suscitaueris mortuū q̄triduanū: aut nisi oculos ceci nati apueris: nec b̄. **Q**uid est q̄ intrare p̄ ianuā: **B**iscite a me q̄ mut̄ sum et hūilis corde. **Q**d factus est ppter te: hoc in eo debes attendere vt imiteris. **M**iraculum em̄ et nonduz natus de Maria fecit. **Q**uis enim usq; fecit: nisi de quo dictū est: **Q**ui facit mirabilia magna solus: **I**p̄sius em̄ virtute: et antea qui secerūt potuerūt aliquid facere. **I**n virtute christi **H**elias mortuū suscitavit: **A**nsi forte maior est Petrus q̄ christ⁹: q̄ xp̄us voce suscitauit egrotantē: **P**etr⁹ aut cū p̄transiret vmbra ipsius tangendi preferebat egroti. **P**otentior ergo petrus q̄ christus: **Q**uis hoc dementissimus dixerit: **Q**uare ergo

Psalmus

XC

tanta potentia in Petro: Quia christ⁹ in
Petro: Ideo dixit: Q̄es qui venerūt fu-
res sunt ⁊ latrones: id est qui venerunt sua
sponte: non a me missi. Qui venerunt sine
me a me nō sunt missi: in quib⁹ ego nō fui:
quos ego nō introduxi. Quotq̄ ergo mi-
racula facta sūt: siue a p̄cedētib⁹: siue a p̄se
quentib⁹: idē ipse dñs fecit qui fecit ⁊ p̄sen-
tia sua. Nec ad ipsa ergo miracula horat
que ipse fecit: ⁊ anq̄ esset homo: s̄ q̄ te hor-
tatur vt imitens: qđ nō posset nisi fact⁹ ho-
mo. Tolerare em̄ passiones nūquid posset
nisi homo: Hoc ⁊ crucifigi ⁊ hūiliari pos-
set nisi homo: Si ergo ⁊ tu cū molestias hu-
iis seculi patens q̄s fecit diabol⁹: siue ap-
te p̄ hoies: siue occulte sicut Job: sis fortis:
sis tolerans: habitabis in adiutorio altissimi:
sicut dicit ille psalmus: qđ si recedas ab
adiutorio altissimi: te ipsum volens adiu-
uare: cades. Muli em̄ fortes sunt: q̄si ab
hominiib⁹ patiuntur p̄secutionē: ⁊ vidēt eos
aperte seuire in se: ⁊ putant qđ tunc imitan-
tur passiones christi: si aperte eos hoies p̄
sequātur. Si aut̄ occulta diaboli p̄secutio-
ne feriātur: putat se nō coronari a christo.
Noli timere q̄i imitans christum: nā ⁊ q̄i
temptauit diabolus dñm: nullus homo fuit
in heremo: occulte illum temptauit: sed su-
perat⁹ est: ⁊ aperte seuies sugatus est. Sic
⁊ tu si vis itare p̄ ianuā q̄i occulte temptat
inimicus: q̄si postulat hominē vt aliquid
ei noceat p̄ corpales molestias: p̄ febres: p̄
egritudines: p̄ aliquos labores corporis: sic
laborauit Job: Biabolū nō videbat: sed
potestate dei intelligebat. Rouerat qđ dia-
bolus in eo nihil posset: nisi ab illo cui sū-
ma potestas est permitteretur: totā gloriā
deo dabat: potentiam diabolo nō dabant.
Naz ⁊ q̄si abstulit diabolus omnia: hoc di-
xit: Dñs dedit: dñs abstulit. Nō dixit do-
minus dedit: diabolus abstulit: qđ nihil ab-
stulisset diabolus nisi p̄misisset dñs. Nō au-
tē p̄misit dominus vt homo p̄baretur: dia-
bolus vinceref. Et q̄si eū plaga p̄cussit: il-
le p̄misit: qđ cum a capite v̄sq̄ ad pedes in
putredine vermuū flueret: nec tunc tribuit
diabolo aliquā potentiaz Job: sed cum ei
suggessisset ⁊ vxor ei⁹: quā solā reliquerat
diabolus: nō consolatrice mariti: sed adiu-
tricē sui: ⁊ dixit ei: Bic aliqd verbū in deū:
⁊ morere: dixit ei: Locuta es tanq̄ vna ex
insipietib⁹ mulierib⁹: Si bona suscepim⁹ d̄
manu dñi: mala q̄re nō sustinebim⁹: Ergo
q̄ sic imitāt christū ⁊ toleret oēs molestias

bui⁹ seculi: spes eius in deo sit: vt nec illece-
bra capiat: nec timore frangat. Ip̄e est.

Expositio prime partis.
Qui habitat in adiutorio al-
tissimi: in p̄tectione dei celi
comorabitur. Sicut audistis
psalmū ⁊ cātastis. Nam inde incipit psal-
mus. Quibus autē verbis tēptauit domi-
nū diabolus: cū ad ipsa venerimus agno-
scetis. Nota sunt em̄. Dicet dñs su-
sceptor meus es tu: ⁊ refugium meu-
deus meus. Quis hoc dicit domino:
Qui habitat in adiutorio altissimi. Quis
est qui habitat in adiutorio altissimi? Qui
nō habitat in adiutorio suo. Quis est q̄ ha-
bitat in adiutorio altissimi? Qui nō est su-
perbus: quoniō illi qui māducauerūt vt es-
sent quasi dñ: ⁊ pdiderūt qđ erant facti ho-
mines imortales. In adiutorio em̄ suo ha-
bitare voluerūt: nō in adiutorio altissimi:
ideo suggestionē serpentis audierunt: pre-
cepta dei ⁊ tempserūt: ⁊ inuenērūt hoc eue-
nisse in se qđ minatus est de⁹: nō quod pmi-
sit diabolus. Ergo sic ⁊ tu dic. Operabo
in eum. Quoniam ipse teruet me:
Nō ego me. Vide si aliud aliqd docet: nisi
vt tota spes nostra nō sit in nobis: nō sit in
hoie. Vbi eruet te. Be⁹ muscipula ve-
nantiū: ⁊ a verbo aspero. Be⁹ musci-
pula venantiū. Magnū aliquid est a ver-
bo aspero. Quid magnū? Muli in musci-
pula venantiū p̄ verbū asperū deciderūt.
Quid est qđ dico: Lendit diabolus ⁊ an-
geli eius: tanq̄ renātes tendunt muscipu-
las: s̄ longe ab ipsis muscipulis ambulant
hoies q̄ in christo ambulāt. Nō audet em̄
in christo tēdere muscipulas: circa viā po-
nit: in via nō ponit. Elia aut̄ tua christ⁹ sit:
⁊ tu nō cadis i muscipula diaboli. Aberrā-
ti a via: iam ibi est muscipula: Hinc atq̄
hinc ponit muscipulas: hinc atq̄ inde po-
nit laqueos: iter laq̄os ambulas. Si vis
securus ambulare: noli declinare in dexte-
rā aut sinistrā: ⁊ sit tibi via ille q̄ tibi p̄ te fac-
tus ē via: vt p̄ducat te ad se p̄ se: ⁊ n̄ timet
laq̄os venantiū. Sed qđ est a verbo aspe-
ro: Multos p̄ verbū asperū misit in musci-
pula diabolus (Verbi gratia) q̄ voluerint
esse christiani inter paganos: insultatores
patiunt̄ paganos: erubescūt inter insulta-
tores: ⁊ a verbo aspero recedentes de via
incident in laqueos venantiū. Et quid ti-
bi facturum est verbū asperū: Nihil. Nun-
quid nihil tibi facturus est laqueus: quo te

Psalmus

compellit inimicus p' verbū aspersū! Quō retia plerūq; tendunt ad caput sepis: tenuuntur aubus: t lapides mittunt in sepe: lapides illi nihil sunt facturi aubus: quādo enī ferit auez: qui lapidē mittit in sepe: Timēs aut̄ auis inanē sonū cadit in retia sic homines timētes insultator̄ verba vanā t inania: t erubescētes cōuitis super fluis: cadūt in laqueos venantiū: t captiuāt a diabolo. Sz cur non dico fratres qd nō ē tacendū: qd me cogit de' dicē: Quomodolibet accipiatis hoc cogit me de' dicere: t si nō dixerō: ego cado i laqueos ve nantiū. Si enī detractiōes hoīm timeo vt nō dicam: ego ipse a verbo aspero cado in laqueos venantiū: qui vos moneo vt nō timeatis verba hoīm. Quid ē ergo quod dictur⁹ sum: Quō inter paganos qui fuerit christian⁹ a paganis audit verba aspera: quibus si erubuerit cadit i muscipula⁹ venantiū: sic inter christianos qui voluerint esse diligentiores: t meliores ab ipis christianis audituri sunt insultationes. Et quid pdest frates qd aliqui inuenis cūntate: vbi nullus est paganus? Nemo ibi iſulat christiano qd christian⁹ est: quia nō ibi inuenit paganus. Sed sūt multi male vi uentes christiani: inter quos qui voluerit bene vivere: t inter ebriosos sobri⁹ esse: t inter fornicarios castus esse: t int̄ cōsultatores mathematicor̄ dēū sinceriter colere: t nihil tale requirere: t inf̄ spectatores nūgatiū theatror̄: nolle ire nisi ad ecclesiam: patif insultatores ipos christianos: t patitur verba aspera: t dicunt tu magn⁹: tu iustus: tu es H̄elias: tu es Petrus: de celo venisti: insultat̄ quoq; se verterit: audit hinc atq; inde verbū asperū. Qd si timet t recedit a via christi dei: cadit i laq; os ve nantiū. Quō autē cū audiunt hec verba: nō recedit a via: Quid est non recedere a via: Qd audit verba aspera: vnde sibi ha bet facere solatiū: vt nō curet verba aspera: nec recedat a via: t intret p ianuā: t dicat qlia verba audio: seru⁹ peccator. Boninus me⁹ audiuit: demoniū habes. Nō audistis verbū asperū qd dictū est i dñm: nō opus erat vt Jesus hoc audiret: sed te monuit aduersus verba aspera: ne incidas in laqueos venantium. Inter scapulas suas obumbrabit tibi: t sub alis eius sperabis. Hoc dicit: ne tua pfectio a te tibi sit: ne putas qd tu te pos tes pteget: Ille te pteget vt eruat: t eru-

XC

tus de muscipula venatiū t a verbo aspero: inter scapulas suas obumbrabit tibi: t a tergo potes intelligere: t a pectore. Sca pule enī circa caput sūt: sed quia dicit sub alis eius sperabis: manifestū ē: qd pfectio alaru⁹ pānsarū facit te esse inter scapulas dei: vt hinc atq; hinc ale dei te ponat i me dio: t nō timebis ne quis tibi noceat: tan tum tu noli inde recedere: quo null⁹ inimicus audet accedere. Si gallina ptegit pullos suos sub alis suis: quāt̄ omagis tu sub alis dei titus eris: t aduersus diabolū t angelos eius: que aeree potestates tāq; ac cipitres circluolitant: vt infirmū pullum auferat. Neq; enī sine causa cōpata ē gallina ipsi sapiētē dei. Nā christ⁹ ipse dominus noster t saluator tāq; gallinā se dixit: Hierusalē hierusalē quoties volui collige re filios tuos: tāq; gallina pullos suos et noluisti. Noluit illa hierusalē: velim⁹ nos: Illa rapta ē ab aens potestatibus fugiēs alas galline: psumens de viribus suis: cū esset infirma: nos cōfitētes infirmitatē nostram sub alis dei fugiam⁹. Erit nobis enī tāq; gallina pteges pullos suos. Nō est enī iniuriosuz nomē galline. Attēdite ceteras aues fratres. Multe aues ante nos se tāt: calefaciūt pullos suos: nlla sic auis infirmak cū pulli suis quō gallina. Attēdat caritas vestra hirundines: passerēs t cico mas: videm⁹ extra nidos suos: nec cognoscimus vtrū setus habeant. At vero gallinam cognoscim⁹ in infirmitate vocis t in relaxatione plumaz. Lota mutat affectu pullo⁹: quia illi infirmi sūt: infirmā se facit. Quia ergo t nos infirmi eramus: infirmā se fecit sapiētē dei: quia verbū caro factū est t habitauit in nobis: vt sub alis ei⁹ spremus. Scuto circudabit te veritas eius: Que sūt ale: hoc ē scutū: qd nec ale sūt: nec scutū. Si aliqd hor̄ prie eēt: nūqd ale scutū esse possēt vt scutū ale: Sz quia figurate p similitudines dici omnia ista possūt: ideo t ale t scutū esse potuerūt. Si vere lapis esset christus: leo nō esset: si leo esset: agn⁹ nō esset. Ideo t leo t agn⁹ t la pis t vitul⁹ et si qd bmoi: qd nec lapis: nec leo: nec agn⁹: nec vitul⁹: sed saluator omniū Jesus christus. Iste enī similitudines sūt: nō prietates. Cleritas eius inquit cir cūdabit te. Tāq; scutū veritas eius est: vt non misceat eos qd in seipsis sperant cū eis qui in deo sperant. Peccator est t pec cator: sed da peccatore de se presumētē

Z

¶ Psalmus

XC

cōtemnētē peccata sua nō cōfītētē t dī-
cet: Si deo displicerēt peccata mea: nō p-
mutteret me viuere. Ali⁹ aut̄ non audebat
oculos leuare: sed p̄cutiebat pectus suu⁹:
dices: dñe p̄pitius esto mihi p̄ctōr. Et ille
p̄ctōr: t ille: sed ille irridēs: iste plāgēs: ille
cōtemp̄tor: hic cōfēssor p̄ctōr suor⁹. Uer-
itas aut̄ dei q̄ non psonas accipit: discer-
nit penitētē a defendētē: discernit humi-
lem a supbo: discernit p̄sumētē de seipso
a p̄sumētē de deo. Ergo veritas ei⁹ tanq̄
scuto circūdabit te. Non timebis a ti-
more nocturno. ¶ A sagitta volā-
te per diem: a negocio per ambu-
lante in tenebris: a ruina t demo-
nio meridiano. Buobus q̄ supra dixit:
reddunt duo que infra dixit: nō timebis a
timore nocturno: a sagitta volante per di-
em: t ppter timorē nocturnū: a negocio p-
ambulāte in tenebris: t ppter sagittā vo-
lantem p̄ diē a ruina t demonio meridia-
no. Quid est timēdum in nocte: t quid in
die: Lū q̄sq̄ ignorās peccat: tanq̄ in nocte
peccat. Lū aut̄ sciens peccat: tanq̄ in die
peccat. H̄o ergo illa leuiora: ipa sūt gra-
uiora: que repetita sūt. Intēdite vt diligē-
ter hoc si domin⁹ annuerit exponat vobis:
Obscurū ē enī t erit magn⁹ fruct⁹ si intelle-
xerit: Lēptatiōez q̄ fit i ignorātib⁹ leuis: ti-
morez nocturnū appellauit: t lēptationē q̄
fit in scītib⁹ leuis: sagittā volātē p̄ diē ap-
pellauit. Que sūt leues lēptatiōes: Que
nō sic instat: nō sic vrgēt vt cogāt: sed pos-
sunt cito declinata trāsire. Eadē rursus fac
grauia: si p̄secutor instet: t vehemēter ter-
reat ignorātes: id est nōdū firmos in fide:
nec scītētē qđ ad hoc sūt christiani: vt fu-
turā vitā sperēt: cū ceperint terreri de ma-
lis temporib⁹: putant quod deseruit illos
christ⁹: t sine cā sūt christiani. Nō norunt
enī vt dixi: qđ ad hoc sūt christiani: vt p̄-
sentia supent: t futura sperēt: inuenit illos
negociū gambulās i tenebris: t capit eos.
Sūt at̄ qđā q̄ nouēt se ad futurā spēi vo-
catos: qđ qđ nob̄ pmisit de⁹ nō ē d̄ ista fra-
nō ē de ista vita: qđ iste oēs lēptatiōes tole-
rande sūt: vt illud accipiam⁹: illud acqui-
ram⁹: qđ nob̄ pmisit de⁹ in eternā. No-
rit ista: sed qđ̄ cēpit p̄secutor instare vebe-
mentius: agitare munis: penis: tormentis:
aliquā cedūt: t scītētē tanq̄ in die cadunt.
Quare aut̄ in meridie: Quia mltū feruet
p̄secutio. Maiores est⁹ dixit meridie. At-
tendat hoc caritas vestra de scripturis me-

Alia līa.
t in die.
t ab incursu.

pbantē. Qđ̄ de seminātē dicebat dñs: qđ̄
exīt seminās seminare: t aliud cecidit in
via: aliud in petrosa: aliud inter spinas: di-
gnat⁹ est ip̄e exponere similitudinē. Et cū
venisset ad petrosam: b̄ ait: Hi sunt q̄ au-
diunt verbū: t ad horā gaudēt ad verbū:
t in tribulatiōe que fit ppter verbū: t inuo-
scādalizant. Quid enī dixerat de his q̄ ex-
ierāt in petrosis: Exorto sole inquit anue-
rūt: qđ n̄ habebāt altā radicē. Hi s̄t ḡ q̄ ad
horā gaudēt ad verbū: t cū p̄secutio facta
fuerit ppter v̄bū arescunt. Quare arescunt:
Quia non habebant firmā radicē. Que
est radix: Caritas. Hoc enī dicit Ap̄ls: vt
in caritate radicati: t fundati. Quō enim
radix oīm maloz est cupiditas: sic t radix
oīm bonoz est caritas. Hostis hoc t sepe
dictū est: H̄z quare hoc volui cōmēdare:
Ut intelligeritis psalmū: qđ̄ demoniū me-
ridianū ppter estū vehemētis p̄secutiōis
positū est. Sic enī dñs dīc: Or⁹ est sol: et
aruit herba: qđ̄ radicē n̄ habebat. Et expo-
nens nobis quid est a sole arescere herbā
dixit: qđ̄ p̄secutiōe facta nō manēt illi in si-
de: qđ̄ altā radicē nō habebat. Recte b̄ in-
telligim⁹ demoniū meridianū p̄secutiōne
vehementē: Qualis fuit illa p̄secutio ali-
qđ̄ fratres cōmemorē: vñ dñs liberavit ec-
clesiā suā: dignet attēdere caritas vestra.
Primo q̄ impatores t reges seculi puta-
uerūt se p̄sequēdo tollere posse d̄ terra no-
niē christi t nomē christiano⁹: iussiēt ut
q̄sq̄ se p̄fiteret christians: seriret. Quicū
qđ̄ noluit feriri negauit se christians: scīēs
quid mali faceret: queit ad illū sagitta vo-
lās p̄ diē. Quicūq̄ aut̄ nō curauit p̄fitem
vitā: sed cert⁹ spauit futurā: declinauit sa-
gittā volātē p̄ diē: p̄fessus est se christia-
nū: p̄cussus carne: liberat⁹ est spiritu: expe-
ctare cepit positus ap̄d dēt in quiete enā
redēptionē corporis sui in resurrectiōe mor-
tuoz. Euasit aut̄ lēptationē illaz a sagitta
volante p̄ diē. Ergo q̄sq̄ se cōfēssus fue-
rit christians feriat. Quō sagitta volās p̄
diē fuit: Nōdū erat demoniū meridianū
flagrās vehemēti p̄secutiōne: t faciēs ma-
gnos estus: etiā fortib⁹. Audite enī qđ̄ se-
cutū sit. Lū vidissent inimici: qđ̄ multi se-
stinarēt ad martyriū: t tāto plures crede-
rent in christū: quāto plures patiebant: di-
xerūt ap̄d se: Nos occisiū sum⁹ gen⁹ hu-
manū tot milia qui credūt in hoc noīe. Si
occiderem⁹ oēs p̄pe: nullus in terra rema-
nebit. Lēpit feruere sol: cēpit feruēscē cīl⁹:

¶ Psalmus

Audite enī qđ iussent. Quō āt iussent. Quicqđ p̄fess⁹ se fuerit christianū feriat. Iussent postea: qđcūqđ se p̄fess⁹ fuerit christianū torqat: tādiu torqat: donec neget se esse christianū. Compate sagittā volantē p̄ diem: t̄ demoniū meridianū. Sagitta volans p̄ diem: quid erat? Qui se confessus fuerit christiani: feriat. Quis fidelis eā mortis celeritatē non declinaret? Illud autē qui se cōfitetur christianū nō occidatur: sed torqueatur donec neget: si se negauerit dimittas: demoniū meridianū erat. Multī ergo nō negātes in tormentis deficiēbat: tādiu enī torquebātur donec negarent. Perseuerātib⁹ aut in nō negādō chriſtū: quid factur⁹ erat gladi⁹? Unū ictu occidēdo corp⁹: aīsm ad deū mittēdo: b̄ faciebat diuturna tormenta. Sed quis tādem inueniret q̄ duraret aduersus tātos t̄ tālōgos cruciat⁹? Multī defecerūt. Et credo illi defecerūt q̄ de se p̄slūserūt: q̄ nō habita bāt in adiutorio altissimū t̄ in p̄tectione dei celi: q̄ nō dixerunt dñi: susceptor meus es tu: qui nō sub vmbra alaz eius sp̄auerūt: sed virib⁹ suis multū dederūt. Beicti sūt a deo vt oīderet illi: q̄ ip̄e p̄tegit: ip̄e temperat tēptatiōes: ip̄e tātū venire permittit quātū pōt ferre cui venit. Multī ergo ceciderūt a demonio meridianō. Q̄ mīli vultū nosse: Sequit⁹ t̄ dicit. Cadēt a latere tuo mille: t̄ dena milia a dextrī tuis: ad te aut nō appropinabit. Luidicāt hoc frēs: Lui nūlī dño nōrō Jesu christo: B̄his enī Jesus nō solū in se: s̄ et in nobis. Recordamini verba illa: Gaule saule qđ me p̄seq̄ris: Quādo ip̄m nemo tangebat et dicebat: qđ me p̄seq̄ris: nūquid nō i nobis seip̄m computabat? Q̄n dicebat: q̄ fecit vni ex minūmis meis mihi fecit: nōne i nobis seip̄m cōputabat? Nō enī diuisa sunt ab inuicem membra: caput t̄ corpus. Quid est caput t̄ corpus? Saluator t̄ ecclesia. Quō ergo dictū est: cadēt a latere tuo mille et dena milia a dextris tuis? Cadēt enī a demonio meridianō. M̄agn⁹ terror fratres: a latere christi cadere: a dext̄ christi cadē. Quō cadēt a latē? Quare illi a latere: illi a dextris? Quare nulle a latere: et dena milia a dextris? Quid est a latere mille? Quia pauciores sunt mille: q̄ dena milia q̄ a dextris cadēt. Qui sūt isti? Modo planū erit in nomine christi: modo aptū erit. Quibusdā p̄misit christus: q̄ cū illo iudicabūt: apostoli scilicet: et q̄ dimisē

XC

rūt oīa t̄ secuti sūt eū. Nā Petrus ait illi: Ecce nos dūnūsum⁹ oīa: t̄ secuti sum⁹ te: et hoc illis p̄misit: Sedebūt sup duodeci sedes iudicantes duodecim tribus israel. Nolite putare: q̄ ipsi solis p̄misit dñs: Ubi enī sedebit paulus apl̄s q̄ plus illis oīb⁹ laborauit: si nō ibi sedebūt nūlī duodecim? Ille enim tertiusdecim⁹ est: nāz ex duodeci cecidit Judas: in locū autē Iude traditoris Mathias ordinat⁹ est: vt i acti bus Ap̄lor̄ legim⁹. Implete sūt duodeci sedes: nō ibi sedebit q̄ plus oīb⁹ illis labo‐ rauit. An duodecim sedes p̄fectio est tri‐ bunalis? Nā milia sedebunt in duodecim sedib⁹. B̄ vñ mīhi pb̄as ait aliquis: q̄ et Paul⁹ inter iudices erit: Audi illū dicente: Nescitis q̄ angelos iudicabim⁹? Iudi‐ cabim⁹ inquit. Et ip̄e nō dubitauit in p̄su‐ ptōe: q̄ credidit cōputari se inter illos q̄ iudicabūt cū christo. Qui ergo iudicabūt cū christo: principes eccliaz p̄fecti sūt. La‐ lib⁹ dixit: Si vis esse p̄fectus: vade vende omia tua: t̄ da paupib⁹. Quid est si vis es se p̄fectus? Vis necū iudicare t̄ nō iudi‐ cari. Ille enī cōtristat⁹ abscessit. Sed mul‐ ti hoc fecerūt: t̄ multi hoc faciūt. Ergo isti cū illo iudicabūt. Sed multi p̄mituit sibi quia iudicabūt cū christo: q̄a dimittūt oīa sua et sequūntur christū: sed habēt p̄suptio‐ nē de se: habēt quēdā typū et supbiā quāz deus solus pōt nosse: et nō possūt euitare demoniū meridianū: id ē casū feruētis caloris nimiae p̄secutiōis. Tales multi cū es‐ set illo tēpore: qui distribuerūt omnia sua paupib⁹: et sibi iā p̄mittebāt: quia sessu‐ ri erāt cū christo et iudicaturi gētes: feruē‐ te calore p̄secutiōis tanq̄ a demonio meri‐ diano: defecerūt in tormentis t̄ negauerūt christū: Ipi sūt qui a latere ceciderūt tanq̄ lessuri cū christo ad mūndū iudicādū ceci‐ derūt. A dextris autē dicā qui cadūt. No‐ stis q̄a cū apparuerit ip̄m tribunal vbi cuz christo dñs iudicabūt: qui voluerūt esse t̄ vere fuerūt p̄fecti: radicati t̄ fūdati in cari‐ tate: vt nō arecerēt de sole et demonio me‐ ridiano. Hoc enī ait domin⁹: Cōgregabū‐ tur ante eum omnes gentes: et diuidet il‐ los ab inuicem sicut pastor diuidit oves ab hedis: et oves ponet a dextris: hedos autē a sinistris t̄ iudicabūt. Multī erūt qui iudicabūt: sed pauciores erūt q̄ illi q̄ ante tribunal stabūt: quia illi tanq̄ mille: il‐ li tanq̄ dena milia. A dextris positis: qđ dictur⁹ ē: Esuriui enī et dedistis nūbi mā‐

ducare: hospes sui et suscepistis me. **A**nifestum est quod his dicet: qui habet substatiā huius seculi: vnde ista humana faciat: tamen et ipsi cum illis regnabunt: quod illi tandem milites: illi tandem annonam p̄bētes p̄uiciales: Sub uno tamen imperatore: et miles et p̄uincial in regno est: miles fortis: p̄uincialis deuotus: miles fortis orationib⁹ pugnat aduersus diabolos: deuotus p̄uincialis annonam tribuit militib⁹. **I**n telligat caritas vestra. Et audiūt in fine ad dexterā positi: Venite benedicti patris mei: p̄cipite regnum quod vobis paratum est: ab origine mundi. Erat ergo illo tempore multi qui graviter inferuerat sol p̄secutionis: et demoni unum meridianum: qui sibi permittebant: quia iudicaturi erat cum christo: non potuerunt ferre estū p̄secutionis: et ceciderunt a latere ipsi. Erat ibi aliquis qui non sibi permittebant sedes iudicantium: sed p̄eleemosynas permittebant sibi: quod ad dexterā futuri erat quod dicturus erat christus: Venite benedicti patrum mei p̄cipite regnum: quod vobis paratum est ab origine mundi. Et quod multi de spe illa iudicandi ceciderunt: multi autem et mille plures de spe illa dextere ceciderunt: ideo dicti sunt christo: **C**adet a latere tuo mille et mille milia a dextera tuis. Et quod mille erunt cum illo qui oia illa non curarunt: cum quibus tandem membris vnde est christus: ad te autem inquit non appropinquabit. Numquid ad solū caput dixit: non appropinquabit: Non utique: sed nec ad Petrus: nec ad Paulum: nec ad omnes apostolos: nec ad omnes martyres: qui in tormentis non defecerunt. Quod ergo non appropinquabit: Cur sic torti sunt: Propri quauit carni tormentum: sed non puenit ad locum fidei. Itaque longe erat fides ipsorum a terrore tormentum. Torquent: nec appropinquabit terror: torquentur irredebet tormentum: presumentes in illo quod horum vicit: ut ceteri runcerent. Et quod vincunt: nisi qui de se non presumunt: Intercedat caritas vestra. Ad hoc enim dixit oia supiora. **D**icit dominus susceptor meus es tu et refugium meum: et sperabo in eum: quoniam ipse eruat me de misericordia venientium. Ipse eruat me: non ego me. Inter scapulas suas obumbrabit tibi. Sed quoniam sub aliis eius sperabis: Scuto circumdat te veritas eius. **Q**ui ergo in illo presumisti: et tota spē tuam in illo posuisti: sequitur. Quid: Non timebis a timore nocturno: A sagitta volat per diem: a negocio pambulante in tenebris: a ruina et demonio meridianu. **Q**uis non timebit: Qui in christo presumit. Qui autem de se presumunt: et si iam sibi sperabat latrator christi tandem

iudicaturi: et si futuros se iam sperabant a dextris christi qua diceretur illis: **V**enite benedicti prius mei: p̄cipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: venit demonus meridianus: id est seruēs estus p̄secutionis vehementer terrēs: et ceciderunt multi a spe sedis iudicarie: de quibus dictum est: **C**adet a latere tuo mille: et mille a spe remuneratiois obsequiorum suorum: de quibus dictum est: et dena milia a dextera tuis: ad te autem: id est ad capitulum et corpore non appropinquabit ruina et demonius meridianus: quoniam novit dominus qui sunt eius. **V**erum oculi tuis considerabis: et retributionē pectorum videbis. **Q**uid est hoc: Quare verum: Quia licuit in impiis superbire in filios tuos: licuit in impiis p̄sequi seruos tuos. Impune ergo erit impius: quod p̄secuti sunt filios tuos: Non erit impune. **O**vis enim tu permiseris: et magis inde tui coronati sunt: verum oculis tuis considerabis: et retributionē pectorum videbis. **N**ihil ergo quod voluerunt: non bonum quod per nesciētes actum est eis retribuetur. **N**ihil opus est ut oculos fidei habeamus et videamus: quod et exaltat ad te ipsum et plangat in eternum: et quibusdam potestas in filios dei temporaliter dicitur eis: **I**te in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. **S**ed si habeat quisque oculos sic dixit: oculis tuis considerabis: non est leue videre impiū florentē in hoc seculo: et habere ad illum oculos ut consideres fidem quid ille passurus est in fine si se non corixerit: quia qui non tonare volunt postea fulminantur. **E**rerunt oculis tuis considerabis et retributionē pectorum videbis. **Q**um tu es domine spes mea: Ecce venit ad illum: quare non cadat a ruina et demonio meridianus. **Q**um tu es dominus spes mea. **A**ltissimum posuisti refugium tuum. **Q**uid est hoc in alto est refugium tuum: **M**ulti enim sic sibi faciunt refugium dei: quo fugiantur a temporalib⁹ estib⁹. In alto est enim refugium dei: valde in occulo est quod fugias ab ira ventura. **A**ntiquissimum posuisti refugium tuum. **N**on accedent ad te mala et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. **Q**um angelis suis mandauit de te: ut custodiāt te in omnibus vijs tuis. **I**n manib⁹ tollēt te ne quoniam offendas ad lapidem pedem tuum. **I**sta sunt verba que dixit diabolus dominus Iesu christo: quoniam illuminauit. **S**ed quod diligenti consideranda sunt: ne vos fatigemus differamus in crastinū: quia et crastino si dominus voluerit: inde vo-

Alia fa.
accedit
malu.

Alia fa.
portabat
foste.

¶ Psalmus

bis erit fmo: ut ab isto loco psalmi rursus incipiam⁹ ppter tediū vestrū: ne cū volūm⁹ finire res obscuras: p̄cipitemus: et non puemāt ad intelligentiā vestrā.

Sermo scđs: de scđa pte eiusdē psalmi.

Pecut nō dubito memisse caritatē vestrā q̄ hesterno die sermoni affūstis: psalmū quē ceperam⁹ expo nere: ne ad terminū pueniret angustia tgis impediuit: et dilata est ps ei⁹ in hodiernūz diē: hoc qui heri affūstis recordam⁹: q̄ nō audistis agnoscite. **D**ropterea secim⁹ ipaz lectionē euāgeliū recitari vbi dñs tēptatus est: p ea vba psalmi q̄ hic audistis. **I**o tem ptatus ē christ⁹: ne vincat a tēptatore chri stian⁹. **I**lle quippe magister in oib⁹ tēptari voluit q̄ tēptamur: sicut mori voluit quia morimur: sicut resurgere voluit: q̄ resurre cturi sum⁹. **I**lla enī q̄ ostēdit in hoīe qui factus est ppter nos hō cū esset de⁹ p quem facti sum⁹: ppter nos oīdit. **E**t sepe cōmēdauim⁹ caritati vestre q̄ nos sepe iterare nō piget: ut q̄ forte multi vestrū legere nō possūt: q̄ nō eis vacat legere: aut lras nō norūt: salte affidue audiēdo nō obliuiscāt salubrē fidē suā: **C**erte eā repetēdo quibus dām molesti videamur: dū tñ qsdā edifi cemus. **N**ouim⁹ enī mltos esse et mēoria p ualētes et lectiōis diuine studiosos: qui ea q̄ dicturi sum⁹ nouerūt: et forte nos ea volūm⁹ dicere que nō nouerūt. **S**ed si celeri ores sūt intueant: q̄ cū tardiorib⁹ ambulat viā. **N**isi aut̄ duo comites vnā viā am bulat: quoꝝ est vñ⁹ celerior: alter tardior: in p̄tāte celerioris est: ut cum illo ambulet tardior: nō in p̄tāte tardioris: q̄ si velit ce lerioꝝ tātū facere quātū pō: tardior illum nō sequit. **O**p⁹ est ergo vt celerior refrenet celeritatē suā: et nō relinquit comitē tardiorē. **H**oc est ergo qđ dixi me sepe dixisse: et nūc iterū dico: sicut dicit Apls: eadē scri bere vobis mihi quidē nō pigrū: vobis au tem tutū. **B**ns aut̄ noster Jesus christus: tāt̄ tot⁹ pfect⁹ vir et caput et corp⁹: caput i illo hoīe agnoscim⁹: qui nat⁹ est d Maria virgine: passus sub pontio Pilato: sepultus: resurrexit: ascēdit in celū: sedet ad de xterā patris: inde illū expectam⁹ iudicē vi uoz atq̄ mortuoꝝ: hoc est caput ecclesie. **C**orp⁹ hui⁹ capit⁹ ecclesia est: nō queb̄ loco est: b̄ que hoc loco et p totū orbē terraꝝ: nec illa q̄ b̄ tpe: sed ab ipso Abel: vsq; ad eos qui nascituri sūt vsq; in fine: et creditu

XC

